

Preghiera all' Arcangelo Michele

Deus, propitius esto mihi peccatori,
et custos sis mei omnibus diebus vitae meae.

Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob,
miserere mei et mitte in adiutorium meum sanctum
Michaellem Archangelum,
qui me custodiat, protegat, foveat, visitet et defendat
ab omnibus inimicis meis visibilibus et invisibilibus,
carnalibus, spiritualibus et temporalibus.

Sancte Michael Archangele,
defende nos in praelio, ut non pereamus in tremendo iudicio.

Sancte Michael Archangele,
per gratiam, quam meruisti habere, te deprecor, ut eripias
me ab universis malis, praeteritis, praesentibus et futuris, intercede apud
Deum Unigenitum Dominum nostrum Jesum Christum
gloriosa Virgine Maria cum omni societate coelesti.

Sancte Michael, Sancte Gabriel, Sancte Raphael,
Omnes sancti Angeli et Archangeli Dei,
succurrite mihi peccatori; precor vos omnes Virtutes coelorum,
ut nullus inimicus mihi nocere possit, nec in via, nec in aqua,
nec in igne, nec in domo, nec extra domum, nec eundo,
nec redeundo, nec vigilando, nec dormiendo,
nec comedendo, nec aliquid faciendo

+

Ecce signum crucis Domini Nostri Jesu Christi, fugite partes adversae:
vicit Leo de Tribu Juda, radix David.

Salvator noster, qui per sanguinem tuum et crucem tuam salvasti mundum,
salva me hodie: et omnibus diebus vitae meae:

O Crux Christi adjuva me; O Crux Christi ad omni malo libera me;

O Crux Christi salva me omnibus diebus vitae meae

Amen



A CURA DELLA
DAMA CAV. RAFFAELA FRISOLI
NEL GIORNO DEL SUO PRIMO CAPITOLO
FESTA DI SAN LORENZO MAIORANO VESCOVO DI SIPONTO IL 7 FEBBRAIO MMX A.D



ORDO SUPREMUS MILITARIS TEMPLI HIEROSOLYMITANI

Magnus Magister et Princeps Regens, S.A.E. Dom Fernando Pinto Pereira de Sousa Fontes



COMMANDERIA APULIAE "MICHAEL ARCHANGELUS"